Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



dñs: propter hoc legem dabit delinquentibus in
via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit
mites vias suas. Universe vie dñi misericordia
et veritas: requirentibus testamentum eius et
testimonia eius. Propter nomen tuum dñe propi
aberis peccato meo: multum est enim. Quis est
homo qui timet dñm: legem statuit ei in via
quam elegit. Anima eius in bonis demorabit:
et semen eius hereditabit terram. Firmamentum
est dominus timentib' eum: et testamentum ipsius
ut manifestet illis. Oculi mei semper ad dñm:
quia ipse evellet de laqueo pedes meos. Respice
in me et miserere mei: quia unicus et pauper sum
ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt:
de necessitatibus meis eripe me. Vide humilita-
tem meam et laborem meum: et dimitte omnia
delicta mea. Respice inimicos meos quia
multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et eripe me: non erub